

VI.

Genaue Nachrichten über den Westfälischen Friedensschluß.

Von

Eduard Aander Heyden,
Cand. phil.

Es ist nicht zu verwundern, daß das Staats-Archiv zu Münster keinerlei Gesandtschaftsberichte oder ähnliche Aufzeichnungen über den Westfälischen Frieden besitzt. Die Gesandten nahmen eben sämmtliche Actenstücke mit sich; nicht einmal ein Exemplar des Mercure historique scheinen sie uns gelassen zu haben¹⁾. Dagegen ist es auffallend, daß keine städtische Feder sich veranlaßt sah, wenigstens die äußern Vorgänge dieses Weltcongresses zu verzeichnen, es sei denn, daß der nachstehend gedruckte Bericht etwa ein Stück aus einer solchen Darstellung wäre, was aber um so weniger zu entscheiden sein wird, da man die Person des Verfassers nicht einmal errathen kann. Auf diese Weise bilden die folgenden Nachrichten eine willkommene Ergänzung zu dem was wir in dieser Beziehung aus den vier auf der hiesigen Paulina vorhandenen Codices, die Herr Dr. Tourtual²⁾ zuerst be-

¹⁾ Vergl. Nordhoff Denkwürdigkeiten aus dem Münsterischen Humanismus. Mit einer Anlage über das frühere Preß- und Bücherwesen Westfalens, Münster 1874 S. 167.

²⁾ Vier merkwürdige Codices beschrieben von Dr. Florenz Tourtual, Münster 1873, Theissingsche Buchhandlung.

schrieben hat, wissen. Diese Nachrichten können wegen ihrer Gleichzeitigkeit und großen Genauigkeit einen besonderen Werth in Anspruch nehmen und berichtigen stellenweise Angaben der 4 Codices. So viel ich weiß sind es die einzigen handschriftlichen Aufzeichnungen aus der Zeit selbst über den Friedensschluß, die sich auf dem hiesigen Staats-Archiv, Kindlers Handschriftenammlung Ms. II. 79 f. 117 u. 117', finden. Das hier Abgedruckte nimmt nur ein Blatt in der Handschrift ein und ist offenbar Bruchstück eines größern Ganzen. Es ist nebenbei bemerkt sehr undeutlich geschrieben und an einigen Stellen nicht mehr leserlich. Dem Herrn Geheimen Archiv-Rath Dr. R. Wilmans spreche ich hiermit für die geneigtest ertheilte Erlaubniß der Benutzung und Verwerthung desselben meinen ehrerbietigen Dank aus.

1648.

3. Febr. dux Longevillanus Monasterio discedit longe dissimili pompa quam venerat.

Sub initium Februarii aliquot diebus ac noctibus Monasterii audita tormenta bellica ac tonitrua versus Paderbornam; inde venientes aiebant, se quoque audivisse versus Monasterium.

Sub initium Maii Hassi muros Telgetenses subvertunt, portas succendent.

15. Maii pax Hispanica cum Belgis promulgata seu extraditio facta instrumentorum pacis inter Hispanos et Belgas¹⁾. De loco cum disceptatum esset diu, tandem in curia placuit, quæ a pridie usque ad nonam frondibus, floribus, herbis redolentibus exornata. Erat in media curiae area mensa rotunda vel potius decem-

¹⁾ Auf dem Rande steht von derselben Hand geschrieben: Vedit auctor omnia.

angularis viridi mappa serica instrata sedesque 12 meliores ex eadem materia circumornatae. Accessere primum utriusque partis primarii secundariique rheda advecti secretarii; hi utriusque partis, quisque suae, scriinium affabre factum diplomataque disponebant praesentibusque obiter exterius inspicienda offerebant. Excellebat scrinium Hispanicum Belgis tradendum, rubro serico undique inductum, non tantum in angulis sed et per margines lato ac elaborato argento; continebat librum in magno folio circiter 30 foliorum ultra 70 pacis articulos conscriptum, appenso sigillo Hispaniarum regis ex tribus catenulis aureis dependente, quod ipsum volam viri manum complens ex auro purissimo auctor aspexit. Belgarum scrinium rubro quoque serico ac tenui argento inductum. His a circumstantibus inspectis omnia ad secretius cubiculum, quod post aulam senatoriam erat, deferuntur. Adsunt interea 4 rhedis vecti legati Belgici ¹⁾, quos consules ²⁾ cum senatoribus salutantes excipiunt inque interiorem aulam deducunt, ubi nonnihil circumspicientes ad secretius illud cubiculum deducuntur. Media fere hora effluxerat iamque decima

¹⁾ Von den acht Holländischen Gesandten betheiligten sich bloß Godard von Reede, der zwar in Münster aber schwer frank war (Aitzema VI. 526. 527. vergl. Woltmann II. 127) und Johannes Knuyt, der im Haag weilte (Aitzema VI. 520, Wicquesfort histoire de l'établissement des provinces unies I. 216) nicht an diesen Feierlichkeiten.

²⁾ Heinrich Herding und Johann Timmerscheid, Tournai a. a. O. D. XXX. Ann. Ihre vortrefflichen Bildnisse befinden sich in der berühmten Antwerpener Ausgabe von 1648 der Original Kupferstiche der Gesandten des Westfälischen Friedens und derjenigen Personen, die zu ihm in Verbindung standen, besorgt durch Anselm van Hulle f. 119 und 120. Jede Person, von denen die meisten meisterhaft gestochen sind, führt das Wappen ihres Souverains und das eigne bei sich. Ein Exemplar dieser sehr seltenen Ausgabe befindet sich im Besitz des Herrn B. C. Rubens in Borghorst.

audita erat; tubis interim e turri Lambertina et musica ex œnopolio continenter canentibus, Pignoranda¹⁾ cum suis 4 rhedis advenit, quem similiter consules exceptum in curiam interiore deducunt. Tum Belgici legati ex illo secretiori cubiculo obviam ei procedunt, quos ille data dextra inque humeros inclinans humanissime salutat ac ad eundem locum secretiorem præcedit, aulicis in curia interiore manentibus. Mirum quantum auri argenteique in vestibus ac ornamentis Hispanorum apparuerit! Audivimus, inquit, in secretiori isto conclavi ad horam ferme legentes. Relegebantur ac conferebantur omnia, ne quid utrimque subrepsisse videretur. Tandem ad undecimam comite de Pignoranda cum Antonio Brun legationis collega præcedente ad mensam in aula senatoria sedesque paratas processerunt. In corona astantibus primus Pignoranda consedit, ad eius sinistram dominus Brun, ad dexteram Bartoldus a Gent ceterique per circuitum legati. Post pauculam sessionem consurrexere omnes ac dominus Brun exorsus in hunc fere sensum sermone Latino: Sciunt excellentiæ vestræ, quod propitio Deo optimo maximo post tantorum annorum tumultus, bella ac cædes, post tantam sanguinitatem . . .²⁾ pro reconciliatione Monasterii convene- rimus iamque in tertium annum collaboraverimus remque eo deduxerimus, ut hodie hoc in loco finem imponamus, instrumenta pacis alter alteri, ut dicunt, extradamus, iuramento confirmemus ac ceteris legatis in pacis ne- gotio adhuc desudantibus præludamus. Hoc silente do- minus de Meinerswick verum id esse ideoque omnes comparere paratosque ad ea esse brevibus respondit.

¹⁾ Dieses ist die von den Italiänern (Nani und Sforza Pallavicini) be- liebte Form für Penzenda.

²⁾ Nicht mehr lesbar.

Exinde omnes consedere traditaque pacis instrumenta Hispanorum secretario Hispano,¹⁾ Belgarum Belgico, tum Belgice tum Gallice conscripta, alta voce coram astante senatu Monasterensi utriusque partis viris primariis ac magna civium multitudine legebantur. His peractis mutuoque traditis primo Hispani regis iuramentum sub manu ac sigillo alta voce ab eodem secretario lectum. Quo finito sacerdos Pignorandam accedens librum ei Evangeliorum offert seu missale, cui ille magna cum gravitate ac affectione, omnibus apertis capitibus astantibus, manum explicatam imponit lævaque descriptum tenens iuramentum alte legit²⁾), ad extremum manum in cœlum protendens. Quo finito dominus de Meinerswick Pignorandæ ait: Morem istum iurandi nescimus, liceat excellentiam suam more patrio iurare. Quisnam ille sit mos rogat. Per extensionem priorum digitorum respondebat dominus Meinerswick. Ad que Pignoranda respicit dominum Brun; quo dicente, idem esse, modum illum permiserunt. Hinc omnes dextræ priores simul extenderentes digitos, domino de Meinerswick prælegente, iurarunt. Ad cuius ultimum verbum Penoranda dictum dominum primum, deinde reliquos per ordinem arctissime complexus singulis inhaerens lacrymas præ gaudio misit, lacrymantibus fere simul omnibus circumstantibus. Exinde gaudium et gratulatio inter notos et astantes, tandemque circa primam per consules ad rhedas deducti, primo Hispani, deinde Belgici legati domum concesserunt, publicationem in diem sequentem differentes, scriniola sua quæque pars ex rheda cum pompa ostentabant.

¹⁾ Johannes Christophorus Belne. Joh. Cools Tractatus pacis p. 48. Den Holländischen Gesandtschafts-Secretair habe ich nirgends genannt gefunden.

²⁾ Also nicht am 16. Mai allein, wie die forma juramenti, Vier merkwürdige Codices C. IV. vermuten lässt.

Interim industria senatus et civium ante curiam theatrum ad viri altitudinem erigitur per modum ambitus columnnis serico panno rubri, flavi, albi coloris involutis distinctum desuperque ac per circuitum pretiosissimis tapetibus exornatum, cui tria eiusdem coloris vexilla¹⁾ ex curia impendebant. Inde plateæ ab ædibus Observantium²⁾ apud quos comitis Pignorandæ aula erat, similiter auf dem alten Steinweg, ubi Belgici legati degebant³⁾, usque ad curiam plateæ ac domus omnes tapetibus, frondibus ac floribus exornantur etc.

16. Maii confluxerat tota pæne civitas ad forum,

¹⁾ Eine, wie es scheint, eigens für die Friedensfeier verfertigte Fahne von bedeutendem Umfange (8 Fuß breit, 7 Fuß hoch) befindet sich im Besitz des Herrn Rittmeisters Egbert von zur Mühlen. Sie ist zwar stark verletzt, auch ihre Farbe bedeutend verblichen, lässt aber im Großen und Ganzen die darauf befindliche Darstellung noch deutlich erkennen. Die Randeinfassung wird gebildet durch wechselnde blaue und weiße Rauten. Auf blauem Grunde erblickt man in der Mitte eine geschlossene goldene Souverainen-Krone (vergl. Daugnon Le carte di visita rebus araldici Rocca S. Casciano stabilitamento Federigo Cappelli 1875 p. 87) mit Braun schattirt. Ueber der Krone klafft eine weiße senkrecht herunter schließende Taube im Schnabel einen grünen Delzweig tragend. Unterhalb der Krone erscheinen zwei Arme, deren Hände zwei sich kreuzende grüne Palmzweige halten. Darunter das Münsterliche Wappen, das Ganze umrahmt ein großer ovaler, grüner Lorbeerfranz. Die Bezeichnung ist nicht übel.

²⁾ Ihr Kloster lag auf der Bergstraße der Johanniter-Commende gegenüber, in welch letzter Bergaigne gewohnt und wo man sich zuerst über die Friedensbedingungen geeinigt hatte. Courtual a. a. O. D. IV. Bergaigne war 1647 Donnerstags den 24. October Abends 7 Uhr nach 6 monatlicher Krankheit zu Münster gestorben und am folgenden Sonnabend den 26. im St. Clarä-Hospital beigesetzt worden. Theatr. Europ. VI. 304. Epitaphium auf dem Friedenssaal.

³⁾ Die acht Holländischen Gesandten wohnten auf der Ecke des alten Steinwegs und des Lamberti Kirchhofs. Carvacchi in der Zeitschrift Bd. XVIII. S. 339.

omnes ædes, fenestræ, tecta impleta spectatoribus. Hora decima aderant in foro sex tubicines equites variorum legatorum, septimus tympano armigato (quid vocis heer-paucen) interludebat, respondebant per vices e turri Lambertina tubicines civitatis. Comes quoque de Nassaw Cæsareus legatus ante aulam suam¹⁾ in campo dominico e duobus tormentis minoribus bellicis ab octava ad primam pomeridianam continuo explodi curabat. Hora undecima imminebat cum primi Belgici legati quinque rhedis ad curiam procedunt; excepti a consulibus ducuntur in conclave, quod in facie curiae videtur mirifice exornatum. Post mediam fere horam Penoranda sex invectus rhedis aliis atque aliis coloribus distinctis, quibus equorum ornamenta respondebant corporisque custodibus stipatus magnifice ad eundem locum a consulibus deductus est. Exinde et tubæ et bombardæ tonuerunt conferentibus inter se legatis, quam collationem subsecuta est publica ex erecto theatro ad populum eorundem sive instrumentorum sive articulorum pacis uti pridie in curia promulgatio. Qua finita applauserunt qui poterant tubicines, tympanistæ, milites, cives armati inprimisque legatus Cæsareus comes de Nassaw ac in omnibus foralitiis per circuitum civitatis maioribus tormentis præeuntem turri Mariana Monasterienses congratulati sunt. Exinde præcedente Hispaniæ legato eo ordine ac pompa qua venerant recesserunt, deducentibus civibus festiva bombardarum explosione, tota die usque in multam noctem lætitiae in urbe vacatum. Hispanus plebi vinum fluere fecit uti et hesterna die, arsere sub noctem vasa picea, explosa tormenta similiter Monasterii ab hominum memoria saltem non visa.

¹⁾ Nassau wohnte in der damaligen Dompropstei dem jetzigen Oberpostamt, Corv. a. a. O. S. 335; der campus dominicus ist also der Domplatz.

17. Maii Hispanicus legatus Belgicos publico exceptit convivio regia magnificentia. Vicissim Belgici legati 26. exceperunt laute Hispanos una cum comite Nassovio, 28. consules Monasterienses virosque primarios¹⁾; in . . . cives militesque, qui continuo his diebus explodebant, admodum munificos se exhibuerunt Hispani.

5. Junii, quo per totam²⁾ Hollandiam de pace inita triumphatum, triumpharunt quoque Belgici legati. Sileo ignes artificiales quibratos iu altum, ardentes in turribus uadas, nummos in quibus pax Hispano Batava ab uno latere et pax currui insidens a duobus leonibus tracta et inde dominæ currum subiere leones. Ex altero latere: pacis felicitas orbi Christiano, qua restituta qua ad incitamentum demonstrata tot regnis et provinciis ad utrumque solem ad utrumque oceanum terra marique parta securitas tranquillitatis publicæ spe et voto Monasterii Westp. anno 1648.

In comitiis patriæ minoribus (auf dem Ausschuss) conclusum, ut sumptibus patriæ solenne convivium legatis exhiberetur. Factum id 13. Junii magnifice in grata legatis Cæsareo Hispanico Belgicis³⁾. Die Ss. Petri et Paulo comes Peneranda discessit⁴⁾.

24. Octobris tandem tandem pax Germano Sueco

¹⁾ Die vier von Johannes Cools berichteten festlichen Tage (Vier merkwürdige Codices C. II.) fallen also nicht unmittelbar nach einander, sondern waren der 16. 17. 26. und 28. Mai.

²⁾ Die Provinz Seeland wird in den allgemeinen Jubel wohl nicht mit eingestimmt haben, da wenigstens im März daselbst großer Unwille herrschte daß Knuyt, ihr Bevollmächtigter zu Münster, den Frieden mit unterzeichnet hatte und sogar der Vorschlag gemacht wurde, ihn deshalb seines Amtes zu entheben. Aitz. VI. 505.

³⁾ Auf dem Rande steht: factum imprimis Hollandis Belgicis in quorum gratiam potissimum institutum.

⁴⁾ Nach Contarini Relazione p. 86 reiste Peneranda erst im Juli von Münster ab. Wir folgen hier unserer Vorlage um so mehr als

Gallica subscripta; quo die in puncto primæ post meridiem Sueciæ legati quinque rhedis insignioribus suis comitati nobilibus ad legatos Cæsareos antehac Osnabrugii residentes comitem de Lamberg et dominum Johannem Craen in suis ædibus¹⁾ conveniunt. Dum hi vix se consalutassent, eadem via per forum Gallicus legatus Servient²⁾ rhedis sex invictus ad comitem Nassavium accedit. Leguntur utrimque ac agnoscuntur pacis articuli ac instrumenta ibique a praesentibus primum subscribuntur³⁾ campo dominico pacis ales siquidem extra tempus per campum dominicum ad curiam avolat, unde post modicam quietem quo avolarat nemo satis notavit. Circa sextam interea cum apud dictum comitem Nassavium subscriptum esset, eo quo venerant ordine receditur, ac dictus Nassavius magnifice ad aulam legati Gallici⁴⁾, comes de Lamberg ad aulam legati Suecici⁵⁾ procedit ac utrobique singuli subscribunt, sub-

Contarini l. c. 42 sich betreffs der Ankunft desselben in Münster geirrt hat. Vier merkwürdige Codices B. V. Ann. 4.

- ¹⁾ Die Wohnungen von Lamberg und Crane sind nicht bekannt.
- ²⁾ In Klammern folgt: „dubito, puto eius fuisse secretarium“ ist aber wieder durchgestrichen. Auch Meier, der diese Feierlichkeiten (Acta pacis Westf. VI. 619 sequ.) ebenfalls beschreibt, berichtet, daß es Servien selbst gewesen sei.
- ³⁾ An dieser Stelle ist das Blatt durch Zusammenfalten beschädigt und in Folge dessen der größte Theil der Zeile nicht mehr leserlich.
- ⁴⁾ Des obengenannten Servien, welcher Neubrüdenstraße Nr. 179 in dem großen Röhrischen Hause wohnte, Carv. 336.
- ⁵⁾ Von den Schwedischen Gesandten hatte nur Rosenhan Schering seinen bleibenden Wohnsitz in Münster, er wohnte Clemensstraße Nr. 108 bez. 110 Carv. 337 (wo irrig Scheving steht) und war schon 1643 nach Juli von Minden nach Münster geschickt worden. Gundling, Gründlicher Discours über den Westf. Frieden II. 702, vgl. Theatr. Europ. V. 121. Die andern Schwedischen Gesandten Örenstern, Salvius und Bärenkau hielten sich meistens zu Osnabrück auf und kamen nur bei besondern Veranlassungen nach Münster. Salvius

scripta pacis instrumenta imperii statibus in aula episcopali¹⁾ collectis missa, a quibus eadem subscribuntur. Tum præludente tormento in turri Mariana passim a civibus militibusque explosæ bombardæ per valla tormenta ad medium usque noctem.

25. Oct. Die postera, quæ solis erat, ex mandato archidiaconi ac summi templi decani²⁾, legatis statibusque catholicis ita potentibus, in omnibus templis post cantatum Te Deum, in omnibus inde templis baurisatum. Quo tempore in summa æde præsentibus legatis statibusque catholicis sacrum musicum, ac post Te Deum sub offertorio liberalis præsentia vicariis singulis septem solidi, dominis consiliariis ac senatoribus singulis imperialis distributus. Convenerunt interea per tympana acciti cives ad campum dominicum ac capita platearum illustrium in quibus 1º per octo tubicines et unum aheno-tympanistam deinde viva voce per urbis secretarium Bernhardum Holland tribus senatus ministris equitibus stipatum et ipsum equitem pax promulgatur, tota urbe per explosiones in plausum effusa. Turris Lambertina vexillis triplicis coloris albi, rubri ac flavi, uti Monasteriensium insignia ferunt, per circuitum exornata erat; ex ea turri ac beatae virginis musica tum vocalis tum instrumentalis tempore pomeridiano ad tenebras usque, sumptus præstante senatu, exaudita est³⁾.

Duo inde menses ratificationis assignati Osnaburgenses, cum secundum pacem omnia ad statum anni

und Orenstern befanden sich um diese Zeit in Münster. Meiern Acta pacis Westf. VI. 607. 615.

¹⁾ Dem jetzigen Regierungsgebäude, welches das ständige Local für die Verathungen der Gesandten war.

²⁾ Bernhard von Mallinckrodt, der 1655 abgesetzt wurde.

³⁾ Vergl. die Beschreibung dieser Festlichkeiten bei Meiern A. p. W. VI. 622 — 624.

1624 reduci deberent, celeriter arcem Petriburgum anno 1628 ædificari coeptam demoliuntur et quasi anathema esset quicquid fundum tetigerat vel vi conftractum vel igni iniectum, sannis iocisque in principem iactis.

1649.

Fortalitium ante portam S. Crucis completum.
20 Martii moritur Monasterii Lutheranorum papa Jacobus Lampadius¹⁾ Lunaburgicus vicecancellarius et le-

¹⁾ Seine Leiche wurde von Münster nach Hannover gebracht und daselbst am 26. April 1649 in der Schloßkirche beigesetzt. Dr. Justus Ge-senius, Fürstl. Braunschweigisch Lüneburgischer Hofprediger und General-Superintendent hielt bei dieser Gelegenheit eine Leichenrede. Ueber seine Krankheit und s. Tod heißt es in derselben also: „Als ihm zu Ende des nächst abgewichenen Jahres eben im Solstitio, anfangs eine starke Diarræa zugestossen, welche in den fünften Tag angehalten, so hat dieselbe über alle Maßen ihn hart angegriffen und abgemattet, und obwohl man verhoffet, es würde dadurch viel Übels abgewendet sein, so hat sich doch noch immerfort eine beharrliche Mattigkeit erfunden. Wie nun der Medicus recht zur Cur gefritten, hat er aus allen Umständen wahrgenommen, daß vera causa morbi in mesenterio stekete, welches atra bilis eaque adusta ganz eingenummen und obstruiret. Weilen man nun solcher viscosæ et adustæ materiæ mit keinen starken Medicamentis beikommen kön-nen, sondern dieselbe allmählig attieren und abführen müssen, so hat die Krankheit den Herrn Vice-Canzler dergestalt allmählig ge-schwächt und von Tag zu Tag zugenommen, daß er auch darüber jüngst verschienenen 10. März (stil. vet.) eben im Aequinoctio mor-gens um 10 Uhr, nachdem er Sonntags vorher als den 4. eiusdem (stil. vet.) durch der Königl. Schwedischen Herren Legaten Hof-Pre-digern, Herrn Dr. Johann Balthasar Schuppium, sich mit dem hochwürdigen Abendmahl verschenen lassen und vom 14. November Anno 1644 continue aneinander 4 Jahr und 6 Monate zu Osnabrück und Münster negotiiret hatte, sein Leben geendet und ist im Herrn sanft und selig verschieden seines Alters 55 Jahre 3 Monate und 17 Tage“. Walther Universal Register S. 61—64.

gatus Brunsvicensis maximus catholicorum hostis negotio pacis¹⁾.

18. Februarii. Eodem fere ordine ac modo quo subscriptio facta quoque extraditio instrumentorum pacis, nisi quod comes de Servient ob morbum²⁾ ad comitem Nassavium non accesserit et Nassovius ad dictum comitem cum 36 suis, imperii vero status cum 12 rhedis redierint. His perfectis civitas in lætitiam et plausus effusa etc.; triumphus die dominico sequenti indictus.

21. Febr. quo, postquam pridie in omnibus templis a duodecima ad primam et a quarta ad sextam pulsatum complosumque fuit, processio solemnis et musica instituta, cantavit sacrum de Ss. Trinitate dominus decanus, finito sacro cantatum Te Deum. 12 civium adolescentum 6 cohortes suis certis convenere locis etc.

Inter missiles globulos igneos, quorum plurimi ad turris altitudinem proiecti, hi iucundissimi fuere, qui ad medium aeris regionem evecti inibi in omnem se partem dividebant: immisce³⁾

¹⁾ Diese Notiz ist zwischen die Zeilen geschrieben und scheint später nachgetragen worden zu sein.

²⁾ Vgl. Tourtual, Zur Geschichte des Westfälischen Friedens. Münster 1874. I. 27.

³⁾ Hier ist die Seite voll, das Folgende scheint leider verloren gegangen zu sein.